



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.55. Alcuinus contra Felicem scribit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](#)

Sæcul. VIII. *ma Servi?* Nam demonstratur, quod sit
A. C. 792. *Servus Dei & filius Ancillæ ejus, non*

*solum obedientia, ut plerique explicant,
sed natura.* In qua forma æternum sub-

p. 850. jectus erit Patri, si Divinitatis Humanitatisque ejus nulla est distinctio? In alio loco Felix ex Advocati nomine, quod

I. Jo. 2. 1. S. Joannes Apostolus JESU Christo tribuit, argumentum eruebat hujusmodi:

p. 858. Advocatus est Mediator, qui apud Pa-

trem pro peccatoribus intercedit; quod de vero Deo non est accipendum, sed de

homine, quem assumpsit. (*) Ad hac

Lib. VII. probanda Felix multos Textus ex Scri-

p. 895. ptura & Patribus detortos & truncatos afferebat; præcipue vero nitebatur Li-

turgia Hispaniæ, ubi sæpe dicitur, quod

Filius Dei adoptaverit Naturam Humanam, & de Adoptione sæpe fit mentio.

§. LV.

Alcuinus contra Felicem scribit.

Alc. ep. 4. 8. Hoc Libro Felicis in Franciam delato,

Rex Carolus Alcuino præcepit, ut responderet. Ille hanc provinciam lu-

benti

(*) In hac tota Dissertatione error Felicis inde originem trahit, quod in JESU Christo Naturam & Personam confundat, sicut maxime in hoc loco. Nam Filius Dei non assumpsit Hominem, sed assumens Naturam Humanam factus est Homo.

benti animo in se suscipiens rogavit Re-Sæcul. VIII.
gem, ut descripta Libri exemplaria Pa- A.C. 792.
pæ, Paulino Patriarchæ Aquilejenſi,
Richboldo Archiepiscopo Trevirensi,
Theodulfo Episcopo Aurelianensi, Viris
illa ætate doctissimis, mitteret, & ipſe
ſibi moram ad consulendos Patrum Li-
bros popofcit. Paulinus contra hanc *Post. Alcuin.*
Hæresim concinnavit tres libros, quos p. 1765.
habemus, Regi Carolo, quo jubente scri-
pti fuere, dedicatos. Alcuinus vero
conſcripsit libros ſeptem, in quibus preſ-
ſo pede Felicem refutat. Dicit hanc
Hæresim Ecclesiæ pacem, qua frueba-
tur, turbaffe, & exprobrat exiguum nu-
merum illorum, qui eam in mundi an-
gulo contra Auctoritatem Ecclesiæ Uni-
versalis feſtabantur. Tum ad ipsius
Quaſtionis ſummam veniens dicit, illos
in Nestorii Hæresim relabi, qui in JESU
Christo duos Filios Dei, unum Natura-
lem alterum Adoptivum diſtinguunt, i-
tem duos Deos unum verum alterum
nuncupativum. Non poſſe eundem,
qui dicit: *Ego sum Deus Abraham, Deus Ex. 3. 6.*
Isaac & Deus Jacob, & cui dicit: *Ecce 7. 1.*
conſtitui te Deum Pharaonis. Nec fo-
lum nuncupative Deum eſſe, de quo
S. Paulus dicit, *Deum eſſe ſuper omnia, Rom. 9. 5.*
loquens de JESU Christo, qui ſecundum
carnem ex Judæis ortus eſſet. Rursus p. 794.
interrogat: *Quare Ecclesia S. Virginem*
Mm 5 appellat

Sæcul. VIII. A. C. 792. *appellat Matrem Dei, nisi quia ille, quem de carne sua genuit, etiam est proprius Dei Filius? secus non erit Mater Dei nisi per Adoptionem. Et si Filius Virginis est Filius Dei adoptivus, Filius Dei etiam Filius adoptivus Virginis erit.*

p. 795.

Lib. II.

Lib. III.

p. 813.

Lib. IV.

p. 828.

JESUS Christus Filius Dei Naturalis

Lib. IV.

Dicis, novo homini competere novum nomen. Quis te hoc novum nomen docuit? An Deus locutus est tibi de Turbine, sicut Job? aut super Pyrenæos montes, sicut Moysi in monte Sinai? Dicis, num hominem non posse habere duos Patres naturales, & JESUM Christum non posse esse Filium Dei, eo modo, quo est Filius David. Dico & ego, unum patrem non posse habere duos filios in eadem persona unum naturalem & alterum adoptivum. In ordine generationis naturalis, quamvis anima Filii non fuerit perfecta a patre sicut filii corpus, nihilominus totus dicitur filius illius, qui ipsius corpus produxit.

Si Filius Virginis solum est Filius adoptivus Dei, cuius Personæ ex SS. Trinitate filius est? sine dubio Personæ Filii, quæ naturam humanam assumpsit. Ergo æterni Patris Nepos adoptivus erit.

Ad demonstrandum, quod JESUS Christus verus Deus sit, Alcuinus plurimos Textus Patrum affert, Procli Constantinopolitani, Cassiani, S. Augustini, S. Cyrilli, S. Hieronymi, S. Fulgentii, S. Hila-

S. Hilarii, Theophili Alexandrini, S. Am-
broſii, S. Gregorii Nazianzeni, S. Petri A.C. 792.
Chrysologi, S. Bedæ, Victoris Capuani, p. 856.
Castiodori, & S. Gregorii Papæ. Quod p. 868.
ideo notavi, ut videat Lector, quos Li- L.V. p. 855.
bros in manibus habuerit, eique Patres
Græcos æque familiares fuisse ac Latinos.
Felix contendebat, JEsum Christum non esse proprie Deum, quia legimus, Deum fuisse in illo. Alcuinus respondet, inde etiam secuturum, nec Verbum Deum esse, nec ipsum Patrem, cum JEsus Christus dicat : *Quia ego in Paratre, & Pater in me est.* Ad objectio- Joan. 14. 12
nem, quod JEsus Christus dicatur Ad- Rom. 8. 26.
vocatus, respondet, JEsum Christum eo modo (*) pro nobis intercedere, quo dicitur Spiritus Sanctus postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Hæc metaphorice dicuntur.

Ad Textus Patrum a Felice citatos L.VI. p. 872.
Alcuinus respondet demonstrando, quod Lib. VII.
eos vel inepte adhibuerit, vel corrupe- p. 883.
rit. Tandem ad Auctoritatem a Litur- p. 895.
gia Hispanica desumptam dicit, quod illius Auctores in Orationibus, quæ refe-
runtur,

(*) Inde dispicimus, quod longe alia orandi ratio sit JEsu Christi in Cælo ac Sanctæ Virginis ac Beatorum; nec ab Oratione Christi ad Orationem Sanctorum quoad modum semper bona sit argumentatio.

Sæcul. VIII. runtur, videantur esse Hæretici, Nisi
A. C. 792. forte, inquit, tu eas depravasti, quemad-
modum & alios textus, nam vox Assun-
ptio loco vocis Adoptio ibi legi dicitur.
Nos autem Auctoritate Ecclesiæ Romana-
nitimus. Refert postremo aliquas Ora-
tiones, in quibus JESUS Christus Filius
Dei unicus nominatur, suntque illæ ipse,
quas hodieque, & in iisdem Festis reci-
tamus.

§. LVI.

*Alii contra Felicem & Elipandum
Libri.*

Elipandus data usque in Franciam ep-
Libell. Paul. stola Encyclica ad Episcopos, & alia
ato. 7. Conc. speciatim ad Regem Carolum directa
p. 1022. suam Doctrinam propugnabat, ejusque

Ep. Car. p.
1048. 1049.
Coint. an.
793. n. 15.

litteræ in Concilio ex diversis provin-
ciis collecto recitatæ sunt. Quadam ve-
ro die Episcopis in atrio Palatii considen-
tibus, Diaconis, Presbyteris omnibus
que Clericis circumstantibus, ipso Rege
præsente allata est Elipandi Epistola, qua
perlecta Rex e sede sua surgens diu de
Fide verba fecit, & addidit: Quid vobis
videtur? ab anno superiore, ex quo hic
error spargi cœpit, magno horrore usque
ad extremas Regni nostri partes exceptus
est. Maxima ergo cura tollendum exi-
stimo. Cum Episcopi aliquot dierum
moram petiissent ad dicendam senten-
tiam